

[17v] Die ea et loco

Reverendus Laurentius Sanctinus, rector parochialis sub titulo sancti Cerboni loci Lavatoggii ab annis octo, cuius anni reditus sunt librarum 200, et status animarum 227, <examinatus> et etatis sue annorum 30, examinatus ut infra

Interrogatus quomodo differat iuramentum a voto. Respondit: votum est promissio Deo factum, iuramentum est invocatio Dei in testimonium veritatis.

Interrogatus an pater possit irritari omnia vota filii impub(eris). Respondit: potest.

Interrogatus an peccatum originale possit deleri alio modo quam per baptismum. Respondit: non potest.

Interrogatus an peccatum veniale verbi otiosi sit materia confessionis. Respondit: maxime.

Interrogatus quotuplex sit materia confessionis. Respondit: duplex, proxima et remota.

Interrogatus que sit forma absolutionis. Respondit: "absolvo te a peccatis tuis".

Interrogatus quid sibi vellint verba illa antecedentia et subsequentia. Respondit: sunt orationes ecclesie, sed non sunt necessaria.

Interrogatus an in casu neccessitatis qui non esset sacerdos posset dare absolutionem sacramentalem. Respondit: minime.

Interrogatus quis sit effectus extreme unctionis. Respondit: quadruplex, quedam sanatio spiritualis, habet vim delend(a) venialia et mortalia oblita, et est sanatio corporalis.

Interrogatus an qui contraheret in gradu prohibito ad facilius obtinend(a)m dispensationem si non explimeret hoc pontifici valeret dispensatio obtenta. Respondit: minime, quia non accusavit veritatem.

Interrogatus an si quis promissiset uni puelle habita cum ea copulla et ducere(t) aliam valeret matrimonium. Respondit: vallet.

[18r] Interrogatus quid sint sponsalia. Respondit: est promissio futurarum nuptiarum.

Interrogatus an sponsalia possint dirimi et quomodo. Respondit: possunt per ingressum religionis, qua[n]do sibi remitunt promissionem et aliis modis.

Interrogatus an si quis ioco diceret "ti di al diavolo" esset peccatum mortale. Respondit: minime.

Interrogatus an mortale possit fieri veniale. Respondit: cum aliquis proponeret facere aliquod modum et mutat opinionem.

Interrogatus quid significet introitus in missa. Respondit: significat vaticinia profetarum.

Interrogatus quid significet particula illa hostie que ponitur in calice. Respondit: significat corpus Christi quod impositum fuit in sepulchro.

Et se subscrispsit

Ego Ioannes Laurentius Sanctinus affirmo ut supra [*souscription autographhe*]

[...]

Die ea

Visitatio parochialis loci Lavatoggio sub titulo sancti Cerboni [*ce mot est écrit au-dessus de Benardini, rayé*] cuius titularis est reverendus Laurentius [*mot écrit après Benardinus, rayé*] Sanctinus de Corbaia, et annui reditus sunt librarum 200, et status animarum 227.

[59r] Imprimis visitavit sanctissimum Eucharistie sacramentum, quod conservatur in pixide argentea, in cuius interiori parte non adest substratum corporale.

Tabernaculum est deauratum, satis decens con suo conopeo diversi coloris <et>.

Clavis est deaurata sine funiculo serico et florico et conservatur in arca retro altaris et huius arce clavis conservatur apud parrochum.

In die Paschatis cedulas a communicandis exigit priusquam sacramentum administret.

In feria quinta Cene Domini fit sepulchrum et conserva(tur) sanctissimum sacramentum in tabernaculo ostensorio.

Oleum ministratur a popolo.

Cera a mulieribus societatis beate Virginis.

Provideatur de paleis albi, viridis, violaceis et nigri coloris.

Amictus, corporalia, purificatoria signo crucis muniantur.

Im missa a parrocho fit offertorium cum osculatione manipuli.

Fons baptismalis est marmoreus, rotundus, satis decens, sed remanet a dextera parte ecclesie.

Olea sacra conservantur in vasis stanneis con sua bursa sericea.

Oleum infirmorum conservatur in armariolo a cornu evangeli cum suo vase stanneo con sua bursa sericea decenter.

Sacrarium est satis decens, caret tamen sera et clavi.

Confessionale est satis decens, non adsunt casus reservati nec bulla In Cena Domini.

Altare maius est debite mensure.

Adest societas Corporis Christi et sanctissimi Rosarii sine bullis.

Altare beate Virginis nulos habet reditus.

Fenestrella est improppio altari, in reliquis est satis decens et ornatus.

Adsunt particule aliique reliquiarum sine nomine, que invente fuerunt in altari ecclesie parochialis demolito et servantur in fenestrela a cornu evangelii.

